

Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE || per
totam Quadragesima[m] populo in Ecclesia || proponi
solent, è Tabulis F. Iacobi Veldy ...**

Prielee, Gilles vanden

Parisiis, 1567

DOMINICA IN RAMIS PALMARVM, EPISTOLA, AD PHILIP. 2.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150295

veniam non multos nostra hæc ferat ætas, quibus cùm nihil æquè cordi esse videatur, atque ipsa pauperum cura, vt iis alendis omnia sua erogare velle videantur, reuera tamen aliud nihil animo meditantur, quàm Ecclesiæ bonis insidiari, ex illis suum facere commodum, atque vt turpes solent Harpiz, rapinis, vsuris ac malis artibus, sub Euangelij ac pauperum prætextu ditescere. Huiusmodi illæ experiuntur regiones, in quibus pro Christi suauissimo Euangelio, Antichristi obtinuit

κατακλιση.

4. Quartò, Acquissimus humanarum actionum aſſimilator, & iudex Christus, non externam tantum operum laruam, sed radicem ipsam, intentionem scilicet, tanquam Deus intuens, innocentis suscepit patrociniũ, dum ait, *Quid uoleſti eſſiſ huic mulieri? Opus bonum operata eſt in me.* Toto igitur eriant cælo, qui iustum in quouis opere bono peccare magna impudentia non verentur asserere: nunquam æterna Dei sapientia Christus peccatum vocaret, quod bonum est. Maledicitur enim per Prophetam huiusmodi sinistrum iudicium, quo malum bonum, & bonum malum asseritur, Isa. 5. Est enim dilectio Dei natura sua bona, ergo & opera, quæ per Spiritum sanctum habitantem in cordibus nostris ex ea proficiſcuntur, relata in Dei gloriam, mala esse nequeunt. Deinde ne quis occasione pauperum auaritiæ prætextum afferre posset, vt ita suæ infernæ cupiditati posset, docet pauperes nunquam defuturos: atque eam esse relictam homini libertatem, vt dum velit, benefacere possit. Quæ duo, quasi paradoxa, subnectere nituntur nostri temporis hæretici: Nam Anabaptistæ communionem bonorum esse uolunt, ac Platonice æconomiam instituere, atque adeo omnem & Repub. Christiana ordinem subuertere contra scripturas, Deuter. 15. Matth. 23. Psalm. 48. & Calvinistæ, qui omnia absoluta necessitate euenire contendunt, & Stoicorum fatum asserentes, arbitrij libertatem tollunt: qua sublata, falsum proſus hoc loco Christus pronuntiat. Neque enim dum uoluerimus, licebit benefacere.

DOMINICA IN RAMIS PALMÆ

AVM, EPISTOLA, AD PHILIP. 2.

Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, &c. Finis Epistolæ: Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.

*Sola fides
ad iustitiam
non sufficit.*



RIA præsentī Epistola agit Apostolus.

I Primò, Fideles hortatur, non ad solam fidei professionem, quæ verborum strepitu enuntiatur, aut corde solùm creditur: Neque enim sola fides ad iustitiam sufficit, quum sit illius tantummodò pars, sed ad vitæ innocentiam, quæ præter fidem, etiam charitatem, modestiam, mansuetudinem, obedientiam, & humilitatem, aliasque virtutes complectitur, quæ quum in nullo viuidiùs, quàm in Christo apparuerint, qui prototypus est, & exemplar absolutissimum omnium virtutum, in id potius fons & origo: hunc commodissimè proponit Apostolus fidelibus imitandum: quia non est in alio aliquo salus. Non aliud nomen sub cælo datum est hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. In ipso habitabat omnis plenitudo diuinitatis: ad eò vt de plenitudine eius omnes acceperimus, gratiam scilicet pro gratia, Iohan. 1. id est, gratiam glorificationis æternæ, pro gratia iustificationis indebitæ, vt inquit Fulgentius lib. 1. ad Monimum. Sed operæpretium est animaduertere, quas Christi virtutes imitari à nobis velit Apostolus, dum ait, *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu.* Num scilicet, eas, quibus siccis pedibus super aquas ambulauit, Marc. 6. mortuos ad vitam reuocauit, Iohan. 11. Luc. 7. claudis gressum restituit, Matth. 21. leprosos mundauit, Matth. 8. & cæcos illuminauit, Lucæ 18. minimè verò. Has enim si quibusdam concesserit, non tamen omnibus contulit. Licet enim admirandæ sint, nò tamen ad salutē sunt necessariæ, neque ab ipsis pender nostra iustificatio, quando & reprobis etiam conceduntur, Matth. 7. Hæ verò virtutes, quas nos vult imitari Apost. tales sunt, vt sine ipsis placere Deo sit impossibile. Sunt autem charitas, qua sola eum impellēte, nos dilexit, quum inimici essemus, & semetipsum exinanauit, formam serui accipiens,

*Charitas
Christi.*

vt pro nobis fieret victima, qua æterni Patris ira remitteretur: & humilitas, qua quum diues esset, pro nobis egenus factus est, vt illius inopia diuites efficeremur. Ad eam enim hæ sunt omnibus necessariae, vt apertè doceat Apostolus, 1. Corinth. 13. sine his consistere veram iustitiam non posse, quum sola charitas sit vinculum perfectionis. Ergo si tantum nos dilexerit Christus, vt se totum nobis impenderit, abesse procul à nobis omnis inuidia, ira, indignatio debent: his enim Christum non imitatur, sed ab ipsius vestigiis recedimus.

*Charitas
vinculum
perfectionis.*

2. Secundò, Proponit admirandam Christi mansuetudinem, qua semetipsum exinaniuit, formam serui accepit, & humiliavit semetipsum vsque ad mortem. Et enim quum esset ineffabili diuinæ maiestatis gloria æterno Patri æqualis, nimio nostri amore, ne creatura ad imaginem Dei creata semel, in æternum perirer, semetipsum exinaniuit, accipiendo inferiorem, non degenerando ab æquali, vt habet August. in Psalm. 34. Accessit enim in vnitate personæ verbi anima rationalis & caro, secundum quam humanitatem licet esset minor Patre, erat tamen ei æqualis secundum diuinitatē, vt ipse testatur, dum ait, Ego & Pater vnū sumus. Quia verò non alia ratione, quàm morte filij Dei, superanda erat crudelis illa peccati, mortis, inferni, & diaboli tyrannis, quæ homini dominabatur merito primæ illius transgressionis, nec mori, aut alicui passioni subiici posset diuinitas, singulari dispensatione per vnionem hypostaticam coniuncta est diuinitati humanitas: quam sub forma seruili intelligit Apostolus. Etenim nomine formæ intelligit substantiam, authore Chrysostomo, sicut & nomine serui ipsam humanitatem, iuxta Damasc. lib. 3. cap. 21. Quia si separata fuisset ab humanitate Christi diuinitas, nihil aliud quàm serua fuisset. Tanta autem fuit illius erga nos dilectio, vt non solum sese deiecerit ad humanæ naturæ susceptionem, quia viuere inter nos, si voluisset, potuisset, beatus ac diues, sed & factus pro nobis est pauper, egenus, humilis, & contemptus, vt potius vermis diceretur quàm homo, opprobrium hominum & abiectio plebis, Psalm. 21. dum sese deiecit nostri causa ad mortem non splendidam,

aut gloriosam, sed plenam confusionis, horroris, scandalii, & miseriae: & ut ait Apost. mortem crucis, qua nulla cogitari potuit execrabilior. Siquidem maledictus iudicabatur qui pendeat in ligno. Ipse igitur factus pro nobis maledictum, ut nos eriperet de maledicto legis, Galat. 3. ut promissio ex fide daretur credentibus: qua profectò humilitate maior ab aliquo praestari nulla potuit. Merito igitur hanc fidelibus proponit Apostolus, idque multis de causis: Primò, ut tantam Dei clementiam admirentur. Secundò, ut hac occasione in amorem Dei rapiatur. Tertiò, ut pro gratia iustificationis, quam per Christum sunt consecuti, Patri eterno gratias agant. Quartò, ut sicut Christus non sibi, sed pro nobis se humiliavit: ita & ipsi illius imitarentur exemplum, proximis compatiendo & condolendo. Est enim efficacissimum argumentum tantæ humilitatis Christi consideratio humanis affectibus commouendis. Cuius enim tam cornea fibra est, tam adamantinum pectus, quod isthoc non moueatur exemplo: ut fastum, superbiam, inuidiam, iram, aliâque monstra ex animo suo non dimoueat? sicut aëus ac planè stupidus sit, imò à Deo desertus, quisquis isthoc non commouetur exemplo.

3. Tertiò, Indicat Apostolus qualem Christus sit consecutus gloriam ex singulari humilitate, obedientia, passione, & morte, dum ait, *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: Ut in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, Apocal. 5. terrestrium hominum, infernorum, dæmonum, qui credunt & contremiscunt.* Tanti enim fuit meriti apud Deum Patrem Christi obedientia, ut non tantum nobis, verum etiam sibi meruerit (quanquam id pertinaciter negare nō vereatur Calvinus, qui turpiter hūc locum peruertit) præclaras illas tam corporis quam animi dotes. Diuinitati enim nulla maior, quam inerat, gloria accidere potuit. Quare prudenter distinguenda est à diuinitate anima Christi, quam crassa quadam ignorantia confundere imperiti solent. Meruit autem Christus animæ ἀπαθεία, seu passionum indolentiam, & claritatem. Corpori autem immortalitatem, gloriam, felicitatem, & sessionem ad dexteram Patris.

*Obedientia
Christi meri-
tum.*

Quod verò hæc Christo secundum humanitatem sint reddita merito innocentie, humilitatis, passionis, ac denique mortis, manifestè non hic tantum testatur locus, verum & ille, Isa. 53. pro eo quod laboravit anima eius videbit, & saturabitur. Item; Iniquitates omnium nostrum portavit, ideo dispersit ei plurimos, & fortium dividit spolia. Item, Psalm. 44. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. Vides Caluine, Christum esse à Deo Patre benedictum propter sanctitatem vitæ & doctrinæ: Quod si huic interpretationi non credas, Basilium in commentariis eiusdem Psalmi consulas, qui ex iisdem scripturis huc allatis docet Christum multa consecutum, tanquam merita & præmia virtutis. Quare immeritò hoc loco scholasticos grauas Caluine, quasi hi primum hoc ediderint paradoxon: quando communis omnium veterum hæc fuerit sententia, qui hanc præpositionem, propter, causalem esse volunt, non consecutiuam tantum.

*Christus à
Deo Patre
benedictus.*

DOMINICA IN RAMIS PALMARUM, EVANGELIUM, MATTH. 21.

Et cum appropinquassent Hierosolymis, & venissent Bethphage ad montem oliueti, &c. Finitis Euangelij: Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in altissimis.



COMPLECTITUR hoc Euangelium tria. I Primò, Singularem Christi humilitatem, quã in hoc ostendit, quod insidet aſello, stipatur abiectis hominibus, & puerorũ acclamatione admittit. Sũt enim hæc opinione mũdi, qui nõ sapit ea quę Dei sũt, (stultitia enim est illi) ludicra prorsus potius quàm seria: fidelibus autẽ admiranda sunt mysteria. Significat enim ipsũ à Patre eterno destinatũ, vt sarcinã peccatorũ nostrorũ tolleret, Iohã. 1. pauperibus & humilibus veritatẽ Euãgelij annũtiaret, Isa. 61. 1. Cor. 1. doceret pauperum & humilium, nõ displicere orationem. Prophetę etenim omnes, quorquor de officio veri Messie nunquam docuerũt, hæc primaria ipsius fore munia describere, vt Za. 9. dũ ait, *Ecce Rex tuus venit tibi*

Christi humilitas.

DOMINICA

iustus, saluator, pauper, & humilis, vt nimirum iustificet circumcissionem ex fide, & præputium per fidem, Rom. 3. saluum faciat populum suum à peccatis eorum, Matthæi primo: illius inopia diuites nos efficeret, 2. Corinth. octauo: & sua humilitate mederetur contritis corde, & humiles spiritu saluaret, Psal. 33. Hæc vt piis fidelibus annuntiaret mysteria, hæc humili est vsus pompa, non quali solent Reges huius seculi, videlicet, phalaratis equis, curribus triumphalibus, seu arcuatis, equitum aut peditum millibus, & armorum aut tubarum strepitu. Voluit enim regni sui maiestatem collocare non in huiusmodi externis, quæ mûdus admirari solet, sed in iustitia, gaudio, pace, & Spiritu sancto, Rom. 14. Neque enim mundanum venerat instituire regnum, Iohannis 18. sed cæleste, ac spirituale. Atque ideo contra Regum huius seculi morem, ante victoriam triumphum celebrat: Certa enim illi erat de hoste, quocum pugnaturus aduenerat, victoria: quod scilicet, per sanguinem crucis suæ expoliaret principatus ac potestates, ac palàm traduceret, triumphans de illis in semetipso, Coloss. 2.

*Discipulorū
obedientiā.*

2. Secundò, Promptam discipulorum obedientiam, qua Christo parent, dicenti, *Ita in castellum*, quod contra vos est, ipsam nimirum Hierosolimam significans quàm essent in negotio prædicationis Euangelij, experturi quidem rebellem ac refractariam, sicut ante ipsos omnes Prophetæ fuerant, quotquot misisset, vt superstitionem, idololatriam, & impios cultus damnarèt, quos non antè persequi destitit, quàm crudelibus suppliciis extinxisset, vt patet in Isaia, Hieremia, & aliis: quum falsos Prophetas & adulatores maximi faceret: ne autem talium exemplo terrentur Apostoli, pollicetur fugā: *Et inuenietis asinā & pullū alligatū cum ea*: Isthoc vaticinio significās fore, vt prædicationis Euangelij præpros ac beneuolos sit inuētura auditores, Isa. 55. Quomodo descendit imber & nix de cælo, &c. sic erit verbū meū, &c. Ostēdit autem verbū Dei nos esse asinos, id est, peccato & male dictioni obnoxios, alligatos, & captiuos à diabolo ad suam ipsius voluntatem, nec solui posse, vel sola obedientia legis, vel viribus liberi arbitrii. Si enim ex iis

esset iustitia, ergo gratis Christus mortuus esset: sed per Christum, quem nobis annuntiat prædicatio Euāgelij, quod hic exprimit, dicens, *Soluite, & adducite mihi*. Est enim hoc verbum reconciliationis, 2. ad Corint. 6. quod posuit Christus non in Apostolis tantum, sed in omnibus Prædicatoribus, Pastoribus, Sacerdotibus: quorum est autoritate clauium, & legitimo sacramentorum usu soluere peccatores à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Utinam in tanta Reipub. Christianæ perturbatione, qua sæuissimus magna tyrannide grassatur dæmon, hanc Christi vocem sic audiant ut obtemperent quorquos sunt Episcopi, Pastores, & Prædicatores: quos videlicet posuit Spiritus sanctus regere Ecclesiam, quam acquisiuit Christus sanguine suo, Actor. 20. ut Apostolorum exemplo fortiter resistent gladio spiritus verbi Dei aduersariis potestatibus, hæreticis, & perfidis, qui miseris modis Ecclesiam scindunt & violant, fideles erroribus & peccatis onerant, cum eorum eos liberare, & ad Christum (ut hanc asinam Apostoli) adducere deberent: Tunc enim verè huic Christi præcepto obtemperant ministri Christi, quando eos non ad se, sed ad Christum adducunt, hoc fit dum postposito proprio quæstu Christi gloriam, fidei promotionem, & animarum salutem quærunt. Tunc enim verè ad Christum adducunt, eiusque præcepto satisfaciunt, quando cum Paulo dicunt, Non quæro vestra, sed vos.

3 Tertiò, Populi noui Regis aduentu gloriantis gaudium, quod ostendebat, plateas vestibus sternens, arborum ramos spargens, & acclamatione cantici *Osanna filio David*. Quæ si, ut oportet, penitus inspiciamus, doctrinam suauissimam contineri deprehendemus, scilicet, quo pacto eos esse affectos oporteat, qui Christum per Passionem in cælestem Hierusalem ingrediendum imitari velint, perfecta, scilicet, fidei, quæ corde creditur, confessione, eleemosynarum largitione, bonorum operum fructibus, quibus ad pietatem prouocari proximis solet: hinc tanto studio semper ad imitationem sui fideles sunt hortati Apostoli. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, 1. Cor. 11. Philip. 3. Sunt autem in Apostolos potissimum imitanda fidei constantia & in-

*Arcta via
que ducit
ad celum.*

tegritas, quam ad extremum vsque spiritum conserua-
runt charitas, qua se totos impenderunt, & superimp-
derunt pro Christo & Ecclesia: & spes, quam habebat,
sicut anchoram animæ firmam ac tutam, incedētem vs-
que ad interiora velaminis, Heb. 6. Quia enim, teste
Christo, arcta, & angusta est via, quæ ducit ad celum,
atque adeo multis salebris ac scrupulis, vt caro indicat,
obnoxia, vt faciliè primo intuitu percclatur humana
ratio, præsertim ea quæ deliciis & voluptatibus assue-
rit, (quanquā longè senticosior & difficilior sit ea, quæ ad
perditionē ducit) infirmitati nostræ hoc cōcedit Christ⁹,
vt Sāctorū virtutes (quæ ipsius quoq; dona sunt) imite-
mur, vt hac ratione desperatio adimatur, quā carnis in-
firmitas suggerere solet, dum videt Sanctos, Prophetas,
Martyres, Apostolos simili infirmitate circūdatos, ex spi-
ritu Christi ipsos inhabitare, potuisse patriā, amicos, pa-
rētes, fortunā, corpus, & vitā pro Christo contēnere. hoc
enim verè est illi vestimenta prosterne, quemadmo-
dum & ramorum proiectio parādæ per Christum victo-
riæ contra mortem, mundum, ac diabolū erat symbo-
lum: quo etiam testabantur cum esse Christum, qui per
sanguinem crucis pacificaret ea, quæ in celis, & quæ in
terris sunt, Col. 1. Ceterū, vt ferè semper gloriam se-
quitur inuidia, ita Christo hic obtigit. Ex hac enim pō-
pa impij Pontifices, Pharisei, & Scribæ maiorem inui-
diæ & odij occasionem cōceperunt, non tam erga Chri-
stum quā erga discipulos, populum, ac pueros, à quib⁹
Christo hic exhibetur triumphus. Displicet enim sem-
per diabolo, & eius ministris, hæreticis, cultus, qui vero
Deo exhibetur, maximè si prima fronte non videatur
expresso Dei verbo præscriptus: sed dicant, Oro: quib⁹
scripturis hic cultus populo erat præceptus, haudu-
biè nullis: placuit tamen Christo: ergo malè damnatur
illæ caeremoniæ: quas affectu quodam pietatis exhibet
fideles ad fidei suæ protestationem, neque sunt vlla ra-
tione hæreticorum, qui sese offendi conqueruntur,
causā, reiciendā.

FERIA SECUNDA POST DOMINI-

CAM PALMARVM, EPISTO-

la, Ilaix 50.